

QVÆSTIONVM SVPER EXODVM

G superfluum fuit, vt populus iterū audierit: cur & hoc nō fuit superfluum, vt de sabbato audiret, cum & hoc in eisdem decem preceptis legatur? An & hoc simile est velamēto, quo faciē obtexit: quia splendore vultus eius filij Israël non poterat intueri? Nam ex decem preceptis hoc solum populo precepit, quod figurate ibi dictum est: alia quippe nouem sicut precepta sunt, etiam in nouo testamēto obseruanda minime dubitamus. Illud autē vnum de sabbato vsq; a deo figurata die septimi obseruatione apud Israelitas velatū fuit, & in mysterio preceptū fuit, & quodā sacramentū figurabatur, vt hodie à nobis nō obseruetur, sed solum qd significabat intueamur: In illa autem requie, vbi opera seruilia iubentur cessare, magna est altitudo gratie dei. Tunc enim fuit cū requie opera bona, cum fides per dilectionē operatur: timor autē tormētum habet, & in tormēto quæ requies? Vnde timor non est in charitate, charitas autem diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū qui datus est nobis: ideo sabbatum requies sancta domino dicitur, dei scilicet gratiæ tribuēda, nō nobis velut ex nobis. Alios quin nostra opera sic erunt, vt sint humana, aut cum peccato, aut cum timore, non cum dilectione: & ideo seruilia sine requie. Plenitudo autē sabbati erit in requie sempiterna. Nō enim frustra institutū est & sabbatum sabbatorū. Superius quādo prius locutus est deus de tabernaculo vngendo, dixit eadem vntione sanctificari illa omnia, & fieri sancta sanctorū: Altare autem holocaustomatū eadem vntione sanctificatum, dixit sanctū sancti: & hoc interesse videbatur, quod nihil eorum dixisset sanctū sanctorū, nisi quod tātum velo separabatur à sancto, id est vbi erat arca testamēti & altare incensi. Nunc autem cum eadem repeteret, dixit de tabernaculo vnto & his quæ in illo essent, quod eadē vntione sanctificaretur, & fieret sancta: illud autem altare holocaustomatū, de quo prius dixerat quod fieret sanctū sancti, eadem vntione nunc dixit fieri sanctū sanctorum. Vnde datur intelligi tantūdem valere, quod dictum fuerat sanctum sancti, quātum valet quod dictum est, sanctum sanctorum: ac per hoc & illa omnia vnta, id est totū tabernaculum, & quæcumq; in eo essent, quæ prius appellauerat sancta sanctorum, tantūdem valere quod nunc ait sancta: nec vnum quodq; eorum dici tantūmodo post istam vntionem sanctum sancti, verū etiam sanctum sanctorum: sicut altare holocaustomatū, vt iam nihil interfit, quātum ad hanc appellationē attingit, inter illa quæ interiorius intra velum fuerant, id est vbi erat arca testimonij, & cætera foris: nisi q̄ illa interiorius ita dicebatur sancta sanctorū vel sanctum sancti, vt etiam ante vntionem sic appellaretur: cætera vero vntione sanctificata sunt, vt hoc nomē acciperēt. Quod ocio discutendum est quid ista significant.

Roma. 5.

H batum sabbatorū. Superius quādo prius locutus est deus de tabernaculo vngendo, dixit eadem vntione sanctificari illa omnia, & fieri sancta sanctorū: Altare autem holocaustomatū eadem vntione sanctificatum, dixit sanctū sancti: & hoc interesse videbatur, quod nihil eorum dixisset sanctū sanctorū, nisi quod tātum velo separabatur à sancto, id est vbi erat arca testamēti & altare incensi. Nunc autem cum eadem repeteret, dixit de tabernaculo vnto & his quæ in illo essent, quod eadē vntione sanctificaretur, & fieret sancta: illud autem altare holocaustomatū, de quo prius dixerat quod fieret sanctū sancti, eadem vntione nunc dixit fieri sanctū sanctorum. Vnde datur intelligi tantūdem valere, quod dictum fuerat sanctum sancti, quātum valet quod dictum est, sanctum sanctorum: ac per hoc & illa omnia vnta, id est totū tabernaculum, & quæcumq; in eo essent, quæ prius appellauerat sancta sanctorum, tantūdem valere quod nunc ait sancta: nec vnum quodq; eorum dici tantūmodo post istam vntionem sanctum sancti, verū etiam sanctum sanctorum: sicut altare holocaustomatū, vt iam nihil interfit, quātum ad hanc appellationē attingit, inter illa quæ interiorius intra velum fuerant, id est vbi erat arca testimonij, & cætera foris: nisi q̄ illa interiorius ita dicebatur sancta sanctorū vel sanctum sancti, vt etiam ante vntionem sic appellaretur: cætera vero vntione sanctificata sunt, vt hoc nomē acciperēt. Quod ocio discutendum est quid ista significant.

clxxxiii
Exo. vlti.

Cum scriptura narraret quomodo Moyses constituerit tabernaculum, Extendit, inquit, aulea super tabernaculum, non vtiq; desuper testum, sed cingens colūnas: quia de columnis dixerat, q̄ statuerit tabernaculum. Item cum dicit, Et super atrium in circuitu tabernaculi & altaris, manifestat altare holocaustomatū ad ostium tabernaculi forinsecus fuisse, vt atrio totum ambitur, & altare esset infra atrium inter portā atrij & ostium tabernaculi. Notāda est quoq; res multum mirabilis, quod nube descendente & implente tabernaculum, quæ tamen gloria domini dicitur, nō poterat Moyses intrare tabernaculū, qui in monte Sina, quando legem primitus accepit, intrauit in nubem vbi erat deus. Proculdubio ergo aliam personā tunc figurabat, aliam nunc. Et tūc eorū qui participes fiunt intimæ veritatis dei: nunc autem Iudeorum, quibus gloria domini, quæ in tabernaculo est, qd est gratia Christi, tāquam nubes opponitur, nō eam intelligētibus: & ideo nō intrauit in ta-

bernaculum testimonij. Et hoc credendum est semel K factum, mox vt cōstitutum est tabernaculum significationis huius causa vel alicuius alterius. Neq; enim semp sic erat nubes super tabernaculū, vt illuc Moyses intrare non posset, quādoquidem non remouebatur, nisi cum eis hoc signum dabatur disjungi, hoc est castra mouendi ex eo loco vbi erant: & accedenti quō nubes ducebat per diem, & flamma per noctem. Quæ duo vicissim etiam super tabernaculum manebant, vbi castra posuissent, nubes per diem, flamma per noctem.

Quoniam liber qui Exodus dicitur, in constitutione tabernaculi sumit terminū, de quo topographia tabernaculi etiam per superiora eiusdē libri multa dicta fuerant, quæ faciebāt difficultatem intelligendi: sicut solet omnis topographia, id est loci alicuius descriptio in omni historia facere: visum est mihi de toto ipso tabernaculo separatim dicere, quo intelligatur, si fieri potest, quale illud & quid fuerit: interim proprietate narrationis inspecta, & in aliud tempus dilata figurata significatione: neq; enim ibi aliquid fuisse putandum est, quod iubente deo constitueretur sine alicuius magnæ rei sacramento, cuius cognitio fidem formamq; pietatis ædificet. Iubet ergo Deus Moysi facere tabernaculum decem auleorū de hyacintho & purpura & cocco torto & bysso torta cherubin opere textoris, ad iacuas quas Græci appellant, Latini auleæ perhibent, quas cortinas vulgo vocāt. Nō ergo decem atria fieri iussit, sicut quidam negligentes interpretati sunt: non enim aulas, sed auleas dixit. Opere ergo textili cherubin iussit in auleis fieri, quorum auleorum lōgitudinem esse precepit cubitorum viginti octo, & latitudinem cubitorū quatuor. Cohære autē iuicem auleæ, & coniungi inter se quinq; hinc, & quinq; inde, vt spatium quod eis cingeretur, hoc esset tabernaculi spatium. Quomodo autē inter se connecteretur eadē quina auleæ, ita precepit, Facies illis, inquit, anfas hyacinthinas, ora summa aulei vnus ex vna parte in cōmissuram: & sic facies summā ad commissurā secundā: id est vbi cōmittitur auleo auleo, tertiū scilicet secundū, quod secundum iam cum primo cōmissum est, id est coniunctū atq; cōnexum, faciem cōtra faciem cōsistētia ex aduerso singula: quoniam inter se iussit ea coniungi, vt ex aduerso constitueretur. Vtrum autē quadrum spatij his cōcluderetur, an rotundum, nondum apparet: sed apparebit cū de colūnis cœperit dicere, quibus protenditur aulea. Non ergo amplius q̄ de trium cōnexionē dicere voluit, quæ fit in duabus cōmissuris, secundū ad primū, & tertiū ad secundū, vt ex hac veluti regula cætera iungeretur. Anfas ergo precepit fieri primo auleo quinquaginta ex vna parte, qua illi fuerat cōmittēdū secundū: & anfas quinquaginta tertio auleo ex ea parte, qua secundū coniungebatur: ipsum autē secundū: id est inter vtraq; anfas quinquagenas medium, circulos habere voluit quinquaginta aureos, vtiq; ex vna parte, per quos cōiungeretur quinquaginta ansis aulei primi: ac per hoc cōsequēs erat, vt ex alia quoq; parte circulos totidem haberet, per quos coniungeretur ansis aulei tertiū. Quod breuiter scriptura ita dixit, Et facies circulos quinquaginta aureos, & cōiunges auleum ad auleū circulis, & erit tabernaculū vnū. Circuli ergo quinquaginta aurei secundū aulei, inferebatur quinquaginta ansis tertiū aulei: & deinceps ita cætera cōnectebatur, vt quinq; cōpleterentur, atq; ex aduersa parte alia similiter quinq; Deinde dicit, Et facies vela capillacia operire super tabernaculū: id est quæ veniret super, non à parte testi, sed supercingedo. Dicimus enim & sic aliquid superponi, non quæadmodum testū domus, sed quæadmodū tectorium parietis, tanq̄ super lineam fasciam. Vnde dicit, inq; vela facies ea, Lōgitudō vnus veli erit. xxx. cubitorū, & quatuor cubitorū latitudo veli vnus.